Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

rio Schiren sepultum est. Arenpeckius Chron. Boj. l. 5. apud Pez. Pezium Anecd. t. III., et Conradum II Comitem de Dachau a Friderico I Romanorum Rege Ducem Dalmatiae et Croatiae renuntiatum fuisse scribit, atque anno 1158 ad Bergomum in Italia obiisse.

n. 2. Denique Hundius in Stemmatologia Bav. v. Dachau hae habet: Dachau Schloss und Marckt an der Amper hat den Grafen von Scheyrn zugehört. Graf Arnolt, Graf Otten des ersten Sun ist von seinem Bruder Graf Otten dem andern diss Namens Grafen von Scheyrn und Wilspach gen Dachau vertheilt worden. -- Graf Otto der dritte ward gen Vallay vertheilt, davon dieselben Grafen kommen sind, vnnd Graf Conrat, diser sind ich im Aebten Thurn zu Augspurg Anno 1080. Diss Graf Conrats Hausfraw Wilburg gebar im Conradum den anderen Hertzogen zu Dalmatia. --- Conrat erobert bey seinem Gemahel Frau Vthild Conrad den dritten, vnnd er der Vatter kamb vmb in Welschlandt, in Keyser Fridpreichs dess ersten Heerzug, Anno 1158. wurd gen Scheyrn geführt, alda sein Grab vnder dem portien gezeigt wirdt. -- Als diser Graf Conrat in Italiam zog, gaber den Clöster Weihenstephen sein theil am Gut zu Mehingen, im fall er nit wider kamb, wie dann beschehen. -- Lottes Conradus Comes de Vallay, Arnoldus Comes de Dachau, Conradus filius Conradi Ducis etc. Des Hertzogthumb Dalmatia ward durch Keyser Fridrich den ersten, Marggraf Berchtolden von Vffenwch dem vierdten diss Namens verliehen. -- Darnach starb auch sein Sun Conrat noch vnmogtbar ohne Mannliche erben.

n. 3. Vides, Dachovios Comites Vallejensibus fuisse cognatos. Atqui Vallejenses bona possederunt ad Altheim, utpote fundatores monasterii ~~in~~ Augiensis, hodie Griesensis. Quidni ~~ad~~ Dachovii bona quaedam ad Altheim obtenuerint, quidni Conradus Dalmatiae Dux, Merani Dominus fuerit? quidni Sigins ibidem commoratus, inde Dux Meranus sit appellatus? Sane Successor ejus Bertholdus Andecensis simul Dux Dalmatiae, simul Meranorum Dominus factus, dictusque est ~~circa anno~~ Conrado II Dachovensi sine prole extincto circa annum 1172. Dux quidem Dalmatiae dono Caesaris, Merani vero Dominus jure ~~hereditario, tanquam~~ consanguinitatis, ut cl. Frölichius putat. Quamvis igitur ante annum 1180 legamus Duces Meranos, Meranios vel Meraniae; non inde tamen colligimus, Meraniam per se Ducatum fuisse, neque Meraniae Dominos, qua tales, Duces fuisse.

1. Imo Vallejenses Andecensibus agnatos fuisse, Chron. Mellicens. asserit: Otto Comes de Vallai Coenobium Perenried apud Bojoarios fundavit, cujus filia Cuniza, Friderici Comitis Andecensis uxor, Monasterii Beati Stephani in Dissen exosa est. Conradus I Dachovius Wilburgam, Conradus II Vthildem, conjuges habuere. Quid? alteruter fuerit e stirpe Wolfrathshusana?

n. 4. 5) Andecenses simul Tauri ad Oenum Comites fuisse, jam saepe adverbimus; multaque ~~ibi bona~~ in monasteriis praedia et fundos possedisse, ex sequentibus patebit. Ut antiquiores Andecii Tauriique Comites, Rapotonem, Rapotonem, Ottonem, ~~(Si tamen is quidem ex Rapotone descendit)~~ Otbolfum quoque et Wildrudem, taceamus: Arnoldum ~~aut~~ Leopoldi filium

Friderici II et Cunegunda Reginae Bohemiae filia Ottonis Palatini Rhenani Comitis Palatii Rhenani, Ottonem Comitem Palatii Rhenani, Ottonem Comitem Palatii Rhenani, Ottonem Comitem